



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 46. Archiepiscopus ad abdicandum Electoratum a Cæsaris Deoutatis sollicitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI. ac totum Bonnense Archivum incendit, excepta quadam parte, quam Nuenarius Comes secum abstulit: eadem autem die, qua comitia solvebantur, Truchsesius nefandas suas nuptias cum Agnete Mansfeldi initas promulgabat, easque in valle rosarum (vulgo *Rosenthal*) solemni ritu celebrabat: postea vero cum novo suo scorto, ac Bipontino Duce Bonna discedens, Carolum Fratrem suum unacum valido præsidio ibidem reliquit, ac Dillenburgi Joannem Nassovium Oranii Principis Fratrem invisit: interea Nuenarius Comes copiis a Belgio adductis auctus totam Provinciam longe, lateque devastabat, donec Casimiri Palatini Principis milites adventarent: verum Imperator datis ad eundem literis eum hortabatur, ne pacis obstaculum opponeret, cum de re amice componenda agatur: idem quoque Imperator ad Parmensem Principem perscripserat, qui Capitulo Colonienli opem ferre promiserat.

§. XLVI.

Archiepiscopus ad abdicandum Electoratam a Cæsaris Deputatis sollicitatus.

Thuan. l. 78. Cæsar ad Truchsesium ablegabat Stubingum Baronem, qui de nova Religionis professione, ac ejus matrimonio

nio

nio mentionem nullam faciebat, eo-
 quod de hisce sceleribus tam coram
 Deo, quam univērsis Imperii Principi-
 bus causam aliquando dicturus esset,
 interim hic Legatus id unum urge-
 bat, ut juxta imperii decretum in pace
 Religionis sancitum, cum a Religione
 Majorum defecisset, dignitati suæ ce-
 deret: eapropter eidem declarabat, nul-
 lo pacto tolerandum esse, ut ipse post
 ejuratam Catholicam Religionem, ac
 factam perversæ sectæ professionem, Ar-
 chiepiscopatus, ac Septemviratus di-
 gnitatem retineat, propositumque il-
 lud iniquum opibus, ac sanguine pro-
 pugnare nitatur: ideo eum hortabatur,
 ut confestim solutis a jurejurando sibi
 præstito populis Diæcesim, omnesque
 ejus proventus tanquam suæ Majesta-
 tis, ac sacri Romani Imperii beneficia
 resignet, & arma deponat, nec con-
 scientiam suam violenta, atque injusta
 bonorum possessione, quæ ad eum mi-
 nime pertinent, oneret, nec pertina-
 cia sua, & intempestiva seditione bel-
 lum funestum sibi, & patriæ in Germa-
 nia excitet. Ad hæc Gebhardus respon-
 dit, quod Cæsaris petitionibus circa
 hunc articulum consentire, a sua con-
 scientia prohiberetur, hinc Deputatum
 ad apologiam suam, qua fusius argu-
 menta causæ quoad Religionem, ac
 patri-

Sæcul. XVI.

A.C. 1583.

Sæcul. XVI.
A.C. 1583. matrimonium pertinentis excutiuntur, remittebat, vicissim vero a Cæsare petebat, ut auctoritate sua interposita Friderici Saxonis injuriosos erga se conatus coerceat, mandetque tam ipsi, quam ceteris Capituli Sodalibus, ut a maleficio in posterum abstineant, Archiepiscopum quoad Diæcesis administrationem minime impediunt, arces, & oppida ei erepta restituant, & motibus adversus eum concitatis finem imponant.

§. XLVII.

Joannes Austriacus Cardinalis Papæ Legatus Coloniam decretus.

Thuan. l. c. Nec magis prosper successus arridebat conatibus Joannis ab Austria Cardinalis, qui tanquam Papæ Legatus nullum non movebat lapidem, ut vix Coloniam delatus animos conciliaret: attamen nec pacem revocare, nec tumultus quavis ex parte suscitatos sopire poterat, quapropter infelicem hujus regionis fortem deplorans, cum omnia incassum tentari cerneret, Oenipontum rediit, inde vero de sinistro legationis suæ successu summum Pontificem certiozem reddebat.

§. XLVIII